qui omnia rerum incorporalium sunt uocabula. iure igitur iiii. e. similiter astus. hoc enim quoque cum neutro etiam genere hoc
astu ueteres proferebant. bene secundum iiii. declinatur. Omnia enim masculina quae neutra quoque in. u. desinentia
inueniuntur eiusdem sunt declinationis. ut hic tonitrus et hoc tonitru. hic cornus et hoc cornu. Ergo similiter hic astus et hoc
· atque ossa
astu. Plautus in menechmis. Ita mihi imperas ut ego huius membra. atque astua comminuam. illud etiam possumus di
cere quod a uerbo arto artas rei uocabulum fit astus. & per syncopam astus quomodo a poto potas potatus et potus
i. artus
Ideoque nomen etiam quod significat apopon. quia uocabulo rei est simile et eandem seruauit declinationem. quomodo exer
citus saltus. magistratus. & forsitan ideo etiam acus ab acutu. postus a postatu. lacus a laqueatu. sinus a sinua
tu. currus a cursu. gradus a gressu. nata primitiuorum seruant declinationem. quomodo uniuoca fixa. A postu compo
angusta uia per oppidum quae ducit ad portum
situm tam masculini quam neutri generis inuenitur et secundae declinationis. hic angiportus et hoc angiportum. huius angi
porti. sic plinius secundus in. i. artis gramaticae. Terrentius quoque in adelphis. id quidem angiportum non est peruium. Idem
abscedam
in phormione. sed hinc concedam in angiportum hunc proximum. Gradus quoque iiii. e. ut ostendimus et sinus. dicitur tamen &
thuatisce gellet
hoc sinum i. producto et significat uas. Uarro de uita populi romani libro i. ubi erat uinum in mensa positum. aut galeola. aut
sinum. Uirgilius in bucolico. sinum lactis & haec te liba priape quotannis. sed hoc etiam masculino quidam protulerunt.
de tae
plautus in curculione. hic cum uino sinus fertur. forte igitur differentiae causa hoc ii. illud iiii. declinauerunt. Cur
exceptae
rus similiter quoque iiii. e. declinationis ut ante docuimus. Et possumus non simile de his omnibus rationem ut superi
tae
us demonstrauimus reddentes dicere. quod ex quibus a participiis diriuantur in. us. desinentia si sint fixa. iiii. sunt
ut
postus. postatus. astus astatus. arquatus arcus. laqueatus lacus. acutus acus. sinuatus sinus. a cursu quoque et
a curro currus. a gressu et gradior gradus. adeo licet cognatio est currus a decursu. quod diminutiuum curriculus per cursu
accipitur. Cicero pro marcello nefas esse dicebam uersari me inter uos uehere curriculo. Quomodo igitur si essent participiis similia fixa

? uniuocas quae una appella
tione plura significant ut
magistratus corporalem et in
corporalem rem significat
fixa uero ea esse manifestum est.

inueniri

· ar ut a uerbo arto arcus